UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XXI. de Vnionibus, & Vnionum confirmatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62377

Visual Library

& per eam tolluntur ſaltem ea quæ ſunt juris poſitivi, Cravet. *conſ. 182. n. 7. in fi. lib. 1.* quo caſu nihil poteſt opponi, quominus conceſſio ſuum ſortiatur effectum, Cephalus, *conſ. 28. n. 82. lib. 1.* Anaſt. Germonius *tract. de Indult. Card.* § *itaq; n. 40. & ſeqq.* ubi potentiam dictæ clauſulæ reſtringit, niſi cauſſæ ſtatus non fuiſſet Papæ narratus, quia tum per ejuſmodi clauſulas non cenſetur voluiſſe tertio inferre præjudicium, ſed reſcriptum cenſetur ſubreptitiè obtentum *pone Curt. Conſ. 49. col. 22. Decii conſ. 576. in fi. Gozad. conſ. 5. num. 15. Rota deciſ. 250. in no. Alex. conſ. 125. in fi. lib. 2.*

I *Non intendit* ) Vide omninò Mohed. *deciſ. 7. de reſtit. ſpoliat. n. 4. & 6.* ubi dicit quod clauſula Nonobſtante & motu proprio non præjudicat tertio, niſi expreſſè dicat nonobſtante conceſſione facta tali *Bart. in l. prædia C. de locat.*

---

# ARGVMENTA IN REGVL. XXI.

## INNOCENTII. VIII. & PAULI V

1. UNiones beneficiorum ſunt odioſæ, ideò debent fieri cum cauſſa, & expreſſione valoris utriuſque beneficii.
2. Annata intrant in unionibus beneficiorum, ſi excedant valorem XXIIII. librarum.
3. Unio fit tribus modis.
4. Reg. hæc pœnalis eſt.
5. Si unio fit per Epiſcopum & Capitulum, valet etiam non vocato Rectore Eccleſiæ quæ unitur.
6. In unione ii quorum intereſt ſunt vocandi *& n.* 27.
7. Relatio debet fieri ad proxima & non ad ſuperiora.
8. Valor utriuſque beneficii uniendi debet exprimi in confirmationibus unionum.
9. Per confirmationem unionis complectur omnis defectus ſolennitatis omiſſæ in unione.
10. Poſt confirmationem Papæ nullus inferior poteſt unionem revocare.
11. Quid ſi in bulla unionis non ponatur clauſula *vocatis quorum intereſt.*
12. Quid ſi unio fiat motu proprio ſine expreſſione valoris.
13. Hæc Reg. aucta eſt per Clementem VIII. & in quo.
14. Unionis ſpecies quæ?
15. Reg. hæc comprehendit etiam diſmembrationes & applicationes fructuum.
16. Hæc regula favorabilis eſt & ampliãda.
17. Valor beneficii quoad effectum hujus reg. qualiter exprimendus.
18. Perinde valere in unionibus.
19. Hæc reg. pœnalis eſt & annullat ipſo jure.
20. Quando conſtitutio non ſolum diſponit ſuper aliquo actu, &c. tunc dicitur formam inducere.

21. Di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

21. Diſtinctio Joan. Milis an hæc regula annullet ipſo jure.
22. Unitum beneficium non ſervata forma hujus reg eſt impetrabile.
23. Quid ſi Eccleſia unita non ſervata forma hujus reg. fuerit à longiſſimo tempore poſſeſſa tanquam unita.
24. Præſcriptionem immemorialẽ, imò & quadragenariam allegare ſufficit abſque alia tituli probatione, ad probandum unionem.
25. Quid diſtet Commiſſio à ſupplicatione.
26. In unione expedienda, opus eſt ut cõmittatur alicui in partibus unionis diſcuſſio, vocatis iis quorum intereſt.
27. Diſcuſſio unionis in quo conſiſtat.
28. Intereſſe habentes vocãdi & qui illi.
29. In unione quæ fit in forma gratioſa per Papam, non requiritur clauſula vocatis vocandis.
30. An reg. hæc loquatur de unionibus perpetuis, an etiam de unionibus ad tempus.
31. Beneficium per Papam unitum ad vitam fit reſervatum.
32. Uniones ad vitam ſunt per Concilium Trid. ſublatæ.
33. An ſub diſpoſitione hujus reg. veniant uniones ab Ordinariis faciendæ, & quid de beneficiis exemptis & reſervatis.
34. Legatus de Latere poteſt ex cauſſa unire beneficia ſuæ Provinciæ, quæ confert.
35. De quibus confirmationibus loquatur hæc reg.
36. Unio ſi facta ſit motu proprio, an in ea valor exprimi debuerit.
37. Motus proprius licet excludat ſubreptionem, non tamen firmat gratiã contrà intentionem ſcribentis.
38. Unio quomodo probetur.
39. Verba enunciativa plurimum inſtrumentorum antiquorum habent vim famæ, & fama in antiquis plenè probat.

---

## REGVLA XXI. INNOCENTII VIII. ET PAVLI V. DE UNIONIBUS, ET UNIONUM CONFIRMATIONE.

Item voluit quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, teneantur exprimere verum valorem ſecundum communem æſtimationem, tam beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, alioqui Vnio non valeat, & ſemper in Vnionibus conceſſio fiat ad partes vocatis quorum intereſt; & idem voluit obſervari in confirmationibus unionum factarum.

# GLOSSEMA ALPHONSI

A *IN iſta Regula dicitur, quod ſi unus petit beneficium alteri uniri, quod tenetur exprimere utrorum valorem tam beneficii uniendi, quam beneficii cui unitur, alias non valet unio: & quod in unionibus ſemper fiat commiſſio ad partes, vocatis quorum intereſt: & idem dicit obſervandum in confirmationibus unionum factarum &c. & ſic iſta regula dicit tria. & ratio dubitandi circa primum dictum videtur eſſe, quia de beneficio obtento non tenetur impetrans facere mentionem, ſaltem quoad valorem, quia hoc non reperitur jure cautum, ut dicit gloſ.* notab. in Clem. 1. de præbend. in verb. vel alteri, ante medium: *& hoc etiam dicit compilator deciſionum* concluſione 287. *quæ incipit: Item licet impetrans. Sed ratio deciſionis fuit, quià ex quo petitur univi unum beneficium alteri debet fieri cum causa, ſcilicet quod illud obtentum ſit modici valoris: ſed ſi ſit competens beneficium, non debet ſibi fieri*
B *unio alterius, quia uniones ſunt odioſæ de jure, ut dixi ſuprà in Regula, de revocatione unionum: ideò debet fieri expreſſio valoris utriuſq; ad hoc ut moveatur Papa, & fortè ita de facili non conceſſiſſet &c.* ſufficiat c. poſtulaſti, de reſcript. & quod ibi not. Siculus & Joan. de Imol. *Ex quo ſequitur quod de utroq; debet ſolvi media annata, ſi valor excedat xxiiii libras ſecundum ordinationem Cameræ.*

*Et quia unio fit tribus modis*, ut dicunt gl. in c. ne ſede vacan. & in c. & temporis qualitas xvi. q. 1. & vult etiam gl. in cle. per literas de præb. *tamen quia iſte ergo eſt pœnalis, quia annulat ut ait gl.* in c. decet. de immunit. Eccleſ. lib. 6. *ſequitur quod non*
C *debeat habere locum, niſi quando unum beneficium petitur uniri alteri; ut hic dicitur, & non in aliis unionibus; neſcio tamen an Rota recipiat hoc: quia in utraq; unione eſt eadem ratio ergò &c.* l. illud ff. ad l. Aquil.

D *Item ſecundo dicit Regula, quod in unionibus fiat commiſſio ad partes, vocatis quorum*
E *intereſt: & ratio dubitandi fuit quia Clem. 2. de rebus Eccleſiæ, primo reſponſo, ut*
F *quod ſi unio fiat per Epiſcopum & Capitulum, valet, etiam non vocato Rectore Eccleſiæ quæ unitur: nam quando aliquid poteſt fieri aliquo invito, tunc poteſt fieri eo ignorante,* ut dicit Bald. in l. fin. C. qui admit. ad bonorum poſ. & in C. fin. C. de jure de lib. & eſt text. in l. qui poteſt ff. de reg. jur. *quem non allegat Bald. ergo &c. ſed nihilominus eſt bene ſtatutum quod vocentur quorum intereſt in hoc caſu,* ad hoc facit deciſ. Rotæ q. 226. quæ incipit: Item quod in diſmembratione & cccxlv. quæ incipit. Item ſi Abb. major.

*Item tertiò dicitur hic, quod idem fiat in confirmationibus unionum factarum. Et antequam declarem quid intendit iſta tertia pars, dico dubium meum fore, an illa Clauſula referatur tàm ad primum, quàm ad ſecundum reſponſum, vel tantum quoad ſecundum: Et videtur quod quoad ſecundum tantum: quia relatio debet fieri ad proxima, & non ad ſuperiora* l. ſi idem cum eodem, in fine de Juriſd. omn. jud. & gloſſ. allegat illam l. ad hoc propoſitum l. iii. §. Item adverſus procuratorem ff. de negotiis

gestis

geſtis. *Ergo ſequitur, cum hic dicatur, quod idem voluit obſervari &c. quod iſtud relati-*
*vum idem poſitum in ſingulari, referatur tantum ad vocationem eorum quorum intereſt &c.* 8
*& non ad expreſſionem valorum &c. Et omitto hic inſerere, quando clauſula poſita in fine de-*
*bet referri ad totam diſpoſitionem vel ne, quia eſſem longus in ſermone; & quia materia eſt ſub-*
*tilis: ſed omiſſo intellectu iſtius Regulæ, quem credo fore quod extendatur ad utrumq; iſta clau-*
G *ſula: tamen de mero jure crederem, quod etiam in confirmationibus unionum debet exprimi ve-*
*rus valor utriusq; beneficii, aliàs non valet ſtante primo reſponſo hujus Regulæ, etiamſi iſta*
*clauſula non referatur ad illud: & hoc probo. Nam in omnibus impetrationibus, ex quibus*
*jus antiquum argumentatur, vel per quas conſervatur, debet fieri mentio beneficiorum, & debet*
*fieri etiam in confirmationibus, ut dicit gl. notabilis in verbo præteriti quam ibi not. Domi-* 9
*nus* in c. Apoſtolicæ de præb. lib. 6. *Sed per iſtam confirmationem ſuppletur defectus*
*ſolemnitatis ſi in unione facta fuit omiſſus, ſcilicet, quoad vocationem partis, & quoad alia &c.*
ut vult deciſ. CCXVVII. quæ incipit. Item quod Papa confirmando &c. *licet lo-*
H *quatur in diſmembratione: & quia fortè fuit facta ex falſa cauſſa unio prædicta, ideo cenſetur*
*nulla*, ut vult Oldr. conſil. lx. cum duobus ſequen. quod incipit, quod per uni-
onem factam per Epiſcopum & per confirmationem Papæ ſit validum, illud
quod aliter erat invalidum, c. 1. de tranſac. *Item quia poſt confirmationem Papæ nul-* 10
*lus inferior poteſt illud revocare* c. 11. de confirm. ut dicit gl. in c. fin. XI. diſt. in verbo
authoritate, *ergo ſequitur quod etiam de mero jure debet fieri mentio valorum in confir-*
*mationibus unionum, ſicut in unione & probavi in jure juncta iſta Regula in primo reſponſo, e-*
*tiam poſito quod iſta clauſula non referatur ad primum reſponſum, & pro & contrà quod re-*
*feratur vel ne, faciat ultrà jura vulgaria* c. Eccleſia veſtra de elect. & quod ibi not.
Abbas. *Credo tamen quod ſi clauſula Vocatis quorum intereſt, non ponatur in bulla & fiat* 11
*unio, quod valet* arg. clem. 11. de rebus Eccl. *& quia annullatio præcedentis reſponſi non*
*extendatur ad ſecundum, cum ſit pœnalis ut dixi: & iſta verba referuntur ad Abbrevia-*
*tores. Sed ſi ipſi non ponant, non vitiatur per jura vulgaria, maximè quia tales bullæ tran-*
*ſeant per Cameram Apoſtolicam.*

*Item dico quod ſi fieret unio motu proprio & non fieret expreſſio valoris, quod valeret unio*,
arg. c. ſi motu proprio de præb. lib. 6. juncta hac regula ibi, quod petentes &c 12
faciat l. 1. C. de pet. bon. ſublat. lib. & hæc pro nunc.

# COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

A IN *iſta Regula* ) Video hanc Regulam auctiorem eſſe factam per Clementem VIII. & ita etiam publicatum per modernum Pontificem Paulum V. dum voluit diſpoſitionem hujus Regulæ etiam obſervari *in quibuſvis ſuppreſſionibus perpetuis, conceſſionibus, diſmembrationibus & applicationibus, etiam de quibuſvis fructibus, & bonis Eccleſiaſticis, ac etiam in confirmationibus unionum ſingulariumq; diſpoſitionum hujuſmodi*: Ut nimirum omnes unionis ſpecies ſub hac Reg. comprehenderentur. Unionis enim ſpecies, ac potius præambula, & antecedentia ad unionem perficiendam ſunt, ſuppreſſiones & exſtinctiones, ut notavi ſuprà *ad Reg. xi. de revoc. unionum*. Diſmembrationes verò referuntur ad fructus, & ad clauſulam ſequentem, quæ de fructuum unione loquitur: cum corpus beneficii non diſmembretur, ſed fructus, ut notat Mandoſ. *ad d. Regul. de Revoc. unionum quæſt. 2. num. 6.* Ex quo colligo, quod etiamſi Regula hæc loquatur de exprimendo valore beneficiorum Eccleſiaſticorum, quorum appellatione aliquando fructus non veniunt, illam tamen comprehendere diſmembrationes, & applicationes fructuum, etiam jure communi: cum omnes ſolemnitates requiſitæ in unione, requirantur etiam in diſmembratione, ſeu diſſolutione *Rota deciſ. 219. In diſmembratione & 347. Si Abbas Franc. de Pavinis tract. de off. & poteſt. cap. ſede vacante 3. quæſt. 2. part. princip. num. 19. verſ. & quod dicitur de unione.* Præſertim cum hæc Regula ſit favorabilis, & amplianda, ut probat Mandoſius *hic quæſtione*, qui licet *in quæſt. 13.* in qua quærit an Regula hæc locum habeat in diſmembrationibus, teneat pro negativa *num. 23. in fi.* indubitanter nunc affirmativa ſequenda eſt, propter prædictam hujus Regulæ appendicem quæ clara eſt, neque cavillari uſquam poteſt.

B *Expreſſio valoris utriuſq;* ) Scilicet quod beneficium tempore proviſionis & oneribus deductis valuit tantum, & quod per quinque annos ante, anno ſterili cum fertili computato, communi æſtimatione valuit tantum: ita valorem exprimi notat Gomeſ. *ad reg. de valore quæſt. ult.* licet ipſe quoque velit exprimi valorem qui fuit quinque annis poſt proviſionem: ſed hoc in caſu hujus regulæ verificari non poteſt: cum commiſſio facienda ad partes, & vocatio eorum quorum intereſt, & juſtificatio unionis, moram hanc quinquennalem non patiantur. Ideoque ſatis erit, ſi valor juſtificetur qui fuit quinque annis ante ſupplicationem, nec ſufficeret valor 24. Ducat. qui alioqui ſolet exprimi in Gallia, Hiſpania, Germania in omnibus proviſionibus Canonicatuum, ſed debet exprimi valor juxtà communem æſtimationem, ut ſuprà dictum eſt. Mandoſius verò *in quæſt. 5.* tutiorem & magis uſitatam expreſſionem hanc ſcribit: *Cujus*

*fructus*

fructus, reditus & proventus ſecundum com. æſtim. valorem annuum 50. auri
duc. de Cam. non excedant, ſi talem ſummam non excedant, ſive agatur de bene-
ficio uniendo, ſive de beneficio cui fit unio, formulam autem ſupplicationis pro 8
expreſſione valoris utriuſque beneficii videto apud d. Mandoſ. *d. q. 5. in fi.* Da-
tur tamen perinde valere ſuper unione facta per prædeceſſorem, ſi fuit omiſſus
valor cum derogatione hujus regulæ, & de exprimendo valore propter novam
Regulam ſucceſſoris, ſecus quando perinde valere datur per eundem Pontifi-
cem, qui fecit unionem quæ tunc non fuerit neceſſaria, cum fuerit derogatum
in prioribus litteris.

*Quia annullat*) Ipſo jure ut vult Rebuffus *in praxi ad hanc reg. gloſſ. 9.* & Man-
doſ. *queſt. 6. ante num.* 4. Ille tamen diſtinctione utitur; hic nulla: & ratio ip- 19
ſius ſententiæ eſt, quod quando conſtitutio non ſolum diſponit ſuper aliquo actu
faciendo, ſed ultra procedit, (prout in caſu iſtius Regulæ) tunc dicitur formam
inducere, qua non ſervata, actus in contrarium factus ipſo jure nullus dicitur,
Bald. in l. 1. *verſ. in contrarium ibi* Alex. *num. 6. & 7. verſ. niſi ſtatutum ff. de liber. &* 20
*poſthu.* Dec. *conſ.* 455. *num.* 7 *& conſ.* 356. *num.* 3. *& conſ.* 466. *num.* 13. Milis tamen
*in Repertor. verſ. Unio facta eſt falſa*, diſtinguit, an ſit unio facta à ſummo Ponti-
fice, an verò ab inferiore: priore caſu, ſi unio facta eſt ex falſa cauſſa, gratia eſt
ipſo jure nulla; quod limita, niſi adfuerit certa ſcientia, ex deciſione Rotæ in 21
una Firmana altaris coram R. P. D. Coccino 15. Januarii 1614. apud Farinacium
*part. 2. deciſ. deciſ.* 506 *num.* 4. altero non eſt ipſo jure nulla, licet probata falſa
cauſſa poſſit annullari. Eandem diſtinctionem ſequitur poſt Oldradum *in conſ.*
11. Bellamera *deciſ.* 618. Caſſad. *deciſ. 1. tit. de Unionibus.* Maſcardus *de probationib.*
*concluſ.* 1412. *alias* 1420.

Ex quibus clara & indubitata efficitur concluſio, conſtitutionem hanc ita
pœnalem eſſe, ut non ſervata illius forma, unio ſit nulla, & beneficium ſic uni-
tum impetrari poſſit, nec ullius temporis præſcriptione tueri defendique poſſit, 22
Oldrad. *conſil.* 296. *incip. de jure Hoſtien. in capit. Quoniam de vita & honeſt. cler.*
Quamquam, ſi probetur quod Eccleſia ſic fuerit diu poſſeſſa, tanquam unita, &
quidem à tempore cujus in contrarium memoria non exſtet, ſatis erit probata
unio præſumptivè, imò etiam illius ſolemnitas, ut multis probat auctoritati- 23
bus Maſcard. *d. tract. de Probat. concluſ.* 1411. *alias* 1419. Cæſar. de Graſſis *deciſ.*
117. *num.* 5. Farinacius in noviſſimis Rotæ deciſionibus, *Deciſ. 58. num. 1. part. 2.* &
ſufficit allegare ejuſmodi præſcriptionem abſq; alia tituli probatione *Rota deciſ.*
175. *alias* 10. *de reb. Eccleſ. non alien. Abb. in cap. Cura paſtoralis in pr. ex de Jure Pa-*
*tron.* Maſcard. *d. concluſ.* aliàs in præſcriptione non immemoriali ſeu quadrage-
naria titulus aptus ad præſcribendum allegandus eſt, teſte Farinacio *Deciſ. 58. n.*
1. *part.* 1. & Maſcardo *d. concluſ. num.* 11. quos vide fusè tractantes materiam pro- 24
bationis beneficiorum unionis, quibus adde Boerium *Deciſ.* 345. *num.* 6. & noviſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimè N. Garciam *tract. de ben. p. 12. c. 2. n. 229. & ſeqq.*

D *Fiat Commiſsio ad partes* ) Quid diſtet commiſſio à ſupplicatione tradit tuliter Sotto *in Comment. Reg. 26. de non judicando contrà form. ſupplicationum.* Dicitur autem hoc loco quod Commiſſio debeat fieri ad partes, hoc eſt quod committatur unionis diſcuſſio & vocatio intereſſe habentium in partibus, ſeu in loco quo beneficia ſita ſunt, ſuper quibus unio deſideratur, deputatis Executoribus cum clauſula *Vocatis quorum intereſt*, id quod ſane rationi conſonum eſt: cum veritas melius & expeditius ſciatur per vicinos, quam alios, *ut notat Rebuff. ad hanc reg. in praxi glo. 10. per text. in c. Quanto de præſcript.* Porrò diſcuſſio unionis in eo conſiſtit, an ſit juſta cauſſa illam concedendi: quæ illa? evidens neceſſitas & utilitas Eccleſiæ *c. Expoſuiſti de præb. c. unio. 10. q. 3. c. poſtquam 16. q.* quibus probatis & vocatis quorum intereſt conceditur unio, ut mox dicam. An autem ſtetur aſſertioni Executoris atteſtantis ſe cauſſas reperiſſe juſtas, conſule Garciam *d. tract. p. 12. c. 2. n. 134. & ſeqq.*

E *Vocatis quorum intereſt* ) Ad formam etiam unionis expediendæ pertinet ut vocentur in partibus ii quorum intereſt per Executores in commiſſione datos. Illi autem quorum intereſt ſunt quibus competit jus conferendi, vel præſentandi beneficia uniri petita *per not. Rebuff. in gloſſ. 11. Caccialupi tractat. de Union. ar. lo. 6. Rochi in tract. Juriſpat. verſ. Honorificum quæſt. 3. circa med.* qui ſunt Epiſcopus, qui Ordinarius eſt Diœceſeos; Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, & Patronus beneficii, ſi laicus ſit, *Ant. Faber lib. 1. Definit. foren. tit. 2. Def.* 48. Nam in Clerico ſeu Eccleſiaſtico patrono, Papa poteſt derogare illius juri patronatus *c. novit, de Judic. 1. Lambertinus de Jurepatron.* licet efficere non poſſit ut eo minus vocandus ſit in ipſa unione facienda, ſi is jus haberet redituum annui ex fructibus beneficii percipiendi, *Ant. Faber d. tit. Definit. 49.* Nec tamen vocandus poſſeſſor beneficii illiuſq; conſenſus poſtulandus, *Illuſtriſs. Card. in decis. 1459. numero 13.* cum ad hujuſmodi unionem præſertim auctoritate Sedis Apoſtolicæ faciendam non ſit neceſſarius conſenſus, aut requiſitio Prælati, vel Rectoris à cujus prælatura vel beneficio fit bonorum ſeu redituum hæc ſeparatio *Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien.* ſatiſq; ei eſſe debet, quod ei viventi illa non noceat, & effectum primum eo cedente vel decedente conſequatur, *cap. conſultationibus de Donatio. Glo. in verbo vocatus in d. Clem. 2. Wameſ. conſ. 300. num. 1. de Reb. Eccleſ. non alien.* Hinc decidit Rota in una Eugubina ſancti Stephani Martii 1599. coram illuſtriſſ. Card. Pamphilio, unionem de beneficio per aliquem poſſeſſo, ipſo cedente vel decedente, ſeu aliàs quomodolibet Eccleſiam dimittente, tunc demum locum habere, ſi ceſſio eſt ſimplex, non autem quando eſt facta in favorem certæ perſonæ; nimirum per reſignationem *Caſſad. Deciſ. 3. de Renunciat. Put. Deciſ. 3. d. tit.* maximè quando eſt clauſula generaliter

penſa

penſiva, quarumcumq; unionum, *Farinacius deciſ. 38. n. 2. & 3. p. 1. In Novis & de-*
*ciſ, 111. n. 4. p. 2.*

Cæterum, adverte quod conſenſus dictorum intereſſe habentium, ante & poſt 29
unionem intervenire poteſt *Boer. Deciſ. 345. n. 3.* Quod ſi tamen commiſſio fiat
per Papam in forma gratioſa, non requiritur clauſula *Vocatis vocandis*, ſed dero-
gatur huic Regulæ de unionibus committendis ad partes *Rebuff. d. tit. gl. 10.* præ-
ſertim ſi agatur de unionibus perpetuis, ut ſcribit Mand. *hic q* 14. ubi latè diſpu- 30
tat, an Regula hæc ſit intelligenda de Unionibus temporalibus, an de per-
petuis, an de utriſque, & tandem concludit intelligendam tantum de perpe-
tuis, quem ſi uſus poſtulat, vide hac ſuper re latè diſſerentem. Quod ſi tamen
Papa temprralem faciat unionem, de beneficio vacante ad vitam, tunc ea per
mortem ſoluta, Ordinarius illud conferre non poterit: quia hæc unio inducit 31
reſervationem propter appoſitionem manus Papæ *Mohed. Deciſ. 2. de Parochiis*
*P. Greg. Tholoſ. in Inſtit. rei benef. c. 20. n. 3.* Sed hodie per Concilium Trid. unio-
nes ad vitam fieri prohibentur, ne ſub illarum prætextu plura incompatibilia re-
tineantur *Seſſ. 7. c. 4.*

*Per Epiſcopum* ) An ſub diſpoſitione hujus Regulæ comprehendantur 32
Uniones ab Ordinariis faciendæ, diſcutit in utramque partem Mandoſ. *ad hanc*
*Reg. quæſt. 11.* & tandem concludit pro affirmativa, videlicet Regulam procede-
re in Ordinariis, quoad duo priora Regulæ membra: non etiam quoad ter- 33
tium, quod eſt de confirmationibus unionum, quibus rationibus & argumen-
tis apud illum videto, Rebuffum quoque conſule *tit. de unionibus num. 22.* ubi ſcri-
bit Epiſcopum unire poſſe Eccleſias ſuæ Diœceſis: quod limita dummodo be-
neficia non ſint exempta, *Rebuff. d. loco*, vel reſervata, *Simonetta tract. de Reſervat.*
*benef. quæſt. 43. Pariſ. Conſ. 114. lib. 4.* licet aliqui dicant ut Nic. Garcia *de Be-*
*nef. part. 12. Cap. 2. num. 91.* Epiſcopum unire poſſe beneficia reſervata ſeu devolu-
ta: nam reſervatio non impedit fieri unionem per Ordinarium, ſed ſuſpenditur
ejus effectus pro tempore proviſi de illo à Papa *Æn. de Falcon. de Reſer. quæſt. 4.*
*principali effectu 32. Selva de benef. 3. part. quæſt. 11. num. 26.* Item limita dummo-
do unio ſit perpetua, non temporalis, *Staphil. de literis grat. tit. de Mod. proviſ.*
*num. 19. Papon. lib. 3. arreſt. tit. 8. arreſt. 1. Mohedan. deciſ. 1. num. 3. de off. Vicarii*
*Mandoſ. Reg. 12. num. 5.* Et acceſſerit Capituli conſenſus *Pariſ. Conſil. 41. lib. 4. n.*
*3.* Et hæc adeò vera ſunt, ut Epiſcopus poſſit beneficium perpetuum de jure
patronatus, de conſenſu patroni efficere manuale, ut ex Navar. *Conſ. 9. num. 1. de*
*off. ord.* probat Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. in fi. n. 62.* Porrò legatus à
latere (qui ut Epiſcopus in ſua diœceſi omnia poteſt in ſua provincia) ex cauſſa
rationabili & legitima poteſt unire beneficia ſuæ provinciæ quæ conferre habet
*Rota Dec. 459. in antiq. aliàs 3. de off. deleg.* Legatus autem non de latere, ex quo non
poteſt conferre, nec unire poteſt *Nicol. Garcia tract. de benef. part. 12. num. 66.* Unde
legati

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legati, non Cardinales ſine ſpeciali mandato conferre non poſſunt text. in c. de off. leg. Sed an beneficia exempta? vide Eraſmum à Chokier fratrem meum in ſuo tract. de juriſ. ord. in exempt. p. 4. q. 31.

G *In confirmationibus unionum*) Quod intellige in confirmationibus Apoſtolicis unionum, ab aliis quàm à S. Sede factarum, ut voluit Mandoſ. *ad hanc Reg. q.* *Archidiac. in c. Si motu proprio col. 1. ſubſi. de præb. in 6. Lud. Roman. conſil. 383. n.* *4. Oldrad. hic à noſtro citatus conſ. 60. cum ſeqq.*

H *Quod valeret unio*) Idem firmat Rebuff. *in praxi ad hanc Reg. glo.* 1. Cujus, et Noſtri opinionem reprobat Mandoſ. *ad hanc Reg. quæſt.* 2. motus auctoritate batis *conſil.* 101. *incip. In quæſt. volu.* 1. *num.* 7. *ibi. Quod dico procedere etiamſi Papa unionem motu proprio feciſſet*: quia motus proprius licet excludat ſubreptionem Rom. *Conſil.* 327. *incip. Iſtæ ſunt num.* 9. *Felii in cap. Cauſſam quæ num.* 7. *in fi. de reſcript.* *Mohed.* Deciſ. 3. *de Uſur. num.* 2. non tamen firmat gratiam contrà intentionem ſcribentis &c. & ſic concludit unionem ſubreptitiam, etiam motu proprio proveniente eſſe nullam. Idem concludit Cardin. *Conſ.* 96. Felii *in c. poſtulaſti n.* *Poteſt etiam inferrri & in cap. ad aures n.* 9. *de reſcript.* & alii quos dicto loco appellat Mandoſius, cujus opinio videtur probabilior & receptior. Quomodo autem probetur unio, vide Nicol. Garciam *tract. de benef. p.* 12. *c.* 2. §. 3. ubi ſcribit unionem ex diuturnitate temporis, ſcilicet quod ſpatio quadraginta annorum beneficium fuit poſſeſſum tanquam unitum, ut ſuprà dixi *n.* 22. adde Farinacium *deciſ.* 233. *n.* 5. *p.* 1. Prætereà ex verbis enunciativis plurium inſtrumentorum antiquorum, in quibus beneficia tanquam unita enunciantur; concurrente tamen longiſſima quaſi poſſeſſione ipſius unionis, & non aliàs. Nam verba enunciativa plurium inſtrumentorum antiquorum habent vim famæ, & fama in antiquis benè probat, etiamſi agatur de gravi præjudicio, ut multis probat N. Garcia & Farinacius *in deciſ. p.* 1. *deciſ.* 626. *n.* 2. *& ſeqq. quæ propria eſt huic materiæ.* Denique probatur per teſtes deponentes de publica voce & fama *Farinacius deciſ.* *num.* 4. *part.* 1.

## ARGUMENTA IN REG. XXII. INNOCENT. VIII. ET PAULI V.

1. Nemo poteſt tranſire ſine cauſſa ad minorem, ſeu laxiorem ordinem, nec Papa inconſulto.
2. Vir maturæ ætatis non poteſt tranſire ad minores ordines ſine auctoritate Papæ.
3. Pleræque bullæ expediuntur per Cameram Apoſtolicam, non ſervata conſtitutione Martini V. de qua hac Regula.

4. Diſpenſatus à Papa ſine cauſa non eſt ſecurus in conſcientia.
5. Quos religioſos comprehendat Conſtitutio Martini V.
6. Ordo transferendi mendicantes quis
7. Clauſula apponi ſolita in tranſeuntibus ad alios ordines.
8. Monachi habitum dimittentes ſpe obtinendæ facilioris diſpenſationis ſeipſos decipiunt, nec cenſeatur diſpenſati.

## REGVLA XXII. INNOCENTII VIII. ET PAVLI V. DE MENDICANTIBUS TRANSFERENDIS.

ITem de mendicantibus transferendis, quia ad alios ordines tranſierint pro tempore, voluit conſtitutionem fel. rec. Martini Papæ V. prædeceſſoris ſui deſuper factam, & in libro Cancellariæ ſcriptam, quæ incipit; Viam ambitioſæ cupiditatis, firmiter obſervari.

## GLOSSEMA ALPHONSI.

*IN iſta Regula dicitur quod in mendicantibus tranſeuntibus ad alios ordines, ſervetur Conſtitutio Martini ſcripta in Cancellaria: & vult dicere iſta regula, quod quando Papa* 1
*dat licentiam transferendi ad majorem ordinem alicui mendicanti, quod non expediatur bullæ in Cancellaria, niſi ſervata forma dictæ conſtitutionis, quæ dicit quod quicumq; religioſus tranſierit ad alium ordinem minorem, vel æqualem ſua propria authoritate, quod ſicut apoſtata ſit ipſo facto excommunicatus: & ſolet poni iſta clauſula:* Dum tamen tua propria authoritate habitum non dimiſeris, & ad alium ordinem vel æqualem tua propria authoritate huc uſque non tranſieris &c. *& ſi Papa dat licentiam tranſeundi, derogatur illi conſtitutioni expreßè: dicendo,* non obſtante felicis recordationis Martini Papæ Prædeceſſoris noſtri conſtitutione &c. *& ſic practicat Cancellaria. Et* 2
*ſimiliter eſt, quod quando unus eſt maturæ ætatis, & vult tranſire ſine cauſſa ad minorem ordinem, tunc non poteſt hoc facere abſq; licentia Papæ,* ut dicit glo. & Dominicus in c. ſingula §. prohibemus de præbend. lib. 6. *ubi per Domin. quando poteſt quis tranſire ad aliam religionem ſtrictiorem, vel æqualem, aut minorem, cum licentia & ſine licentia ſuperioris* & per gloſſ. & per Doct. in c. licet de regularibus, *quæ non infero hic:* 3
*quia non multum faciunt ad propoſitum.*

*Unum tamen ſcio, quod per Cameram Apoſtolicam expediuntur multæ bullæ, ut non ſervetur*